

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. I. De vsv tabvlae designationis

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

DE VSV TABV-
LAE DESIGNATIONIS

ΚΟΙΝΩΝΙΑΣ.

CAP. I.



Vam sit homine digna
suae felicitatis cognitio,
quantiq; referat unum-
quenq; probe nosse qua
in re ea sit sita, ex eo
quisq; facile intelligere potest, quod
nemo sit hominis quidem appella-
tione dignus, qui non sentiat eius rei
cognoscendae desiderium sibi insitum
esse: & eò naturae occulto quodam
impetu ferri. Id quod etiam abunde
docent plurima monumenta eorum
qui olim caelestis doctrinae luce de-
stituti, se tamen contemptis rebus
omnibus ad huius corporis cultum
pertinentibus, (quibus ut nemo me-
lior, ita felicior sit nemo) se totos ue-
ritati inquirendae dederunt: & ut
a quam

2
quam sapientiam esse iudicabant, si-
bi compararent, omne ingenij acu-
men, imò omnes corporis animique
uires contulerunt. Nam istorum ferè
quisque quantum coniectando, diui-
nando, ac uelut palpando consequi
potuit de extremo siue ultimo fine,
seu ut alijs appellare placuit, summo
bono, ad quod sunt omnia benè ui-
uendi rectèq; faciendi consilia refe-
renda, differuit. Ea uerò de re & ua-
riæ & subinde ualde discrepâtes sen-
tentia doctissimorum alioqui homi-
num fuerunt, partim ob nimiam hu-
mani ingenij caliginem, partim ob
priuatos singulorum affectus subin-
de pugnantes. Nam isti magnas of-
fundunt tenebras, dum ferè quisque
ut est affectus, etiam de diuinis maxi-
misque rebus iudicat. Tanta uerò in
hoc argumento eruditissimorū alio-
qui uirorum dissensio, apertè euincit
nulla humani ingenij acrimonia, nul-
lo quantumuis improbo labore, nul-
laque

láque diligentia ueram parari senten-
 tiam posse. Nam etsi ex tanta scriben-
 tium turba quidam nōnunquam ex
 admodum multis, pauca attigisse ui-
 deantur quæ aliquam habeant simi-
 litudinē ueri, nec procul absint à sco-
 po (ut qui felicitatem in afsimilatio-
 ne siue societate atq; coniunctione
 cum Deo ponunt) tamen fortuitò
 potius quàm arte ulla aut ingenij fe-
 licitate aliqua ipsos eò pertigisse ap-
 paret. Et, ut Tertullianus de eisdem
 in non dissimili argumēto, hoc est de
 anima sermonem faciens, scitissimè
 scribit: *Nonnunquam & in procella
 cōfusus uestigys cœli & freti aliquis por-
 tus offenditur prospero errore, nonnun-
 quam & in tenebris aditus quidam &
 exitus deprehenduntur caca felicitate.*
 Ergo nemo ueram, certam, plenam
 de humana felicitàte proprioue ho-
 minis sine consequetur sententiã, ni-
 si qui cœlestem doctorem Spiritum

4
sanctum audierit. Is illam in literis fa-
cris & fuscè & uariè, nec minus elegan-
ter quàm uerè, expressit. Est autem
hæc uelut summa. Deum principio
hominem effinxisse ad sui imaginem
atq; similitudinem. Quibus uerbis
paucissimis illis quidem, sed signifi-
cantissimis, ut summam huius digni-
tatem, ita ueram solidamq; felicitatè,
nempe arctissimã cum Deo coniun-
ctionem, disertè significasse, nemini
p̄o dubium esse iudico. Imaginem i-
stam totam deformauit quod paulo
p̄ost secutum est peccatum: hoc est,
hominem diuulsit à Deo: & ut à prio-
re dignitate deiecit, ita in extremam
miseriã ipsum coniecit: adeò, ut quos
deinceps generauit, & peccato pror-
sus foedatos, & diuinę iræ obnoxios,
hoc est planè miseros, generarit.
Quos inde eximere diuinæ clemen-
tiæ uisum fuit, pristinèq; restituere di-
gnitati, & amissa felicitate donare: in
his peccatum aboleri primùm, dein-
de ob-

5
de oblitteratam sui effigiem renovari
ipsum decreuisse, eadē literæ & pas-
sim & clarè testificantur: simulq; qua
id efficere soleat ratione, manifestè
demonstrant: nimirum per filium il-
lum suum, qui ipsius est ἀνώγει καὶ χαρὰ
καὶ ἡσυχία, expressaq; effigies. Per hunc ut
principiò hominē effinxerat, ita per
eundem ipsum refingit: hoc est, & di-
gnitatem restituit pristinam & felici-
tatem. Quæ sic strictim sunt à me cō-
prehensa, paulo & fusius & explica-
tius expressa sunt in delineatiōe pro-
posita. Nam præcipuæ partes ratio-
nis efficiendæ coniunctionis istius,
qua constat salus humana, notantur.
Ex ea notatione non nullam reditu-
am spero cū voluptatem tum uti-
tatem ad eos qui ipsam & conside-
ratè inspicere, & religiose expende-
re nequaquam gravabuntur.

Principiò non cōtemnendam cō-
noditatem esse iudico, quod spar-
tim traditum & uelut dissectum est,
a 3 habere

habere in unum quasi corpus colle-
ctum & coagmentatū, ita ut uno ob-
tutu partes omnes apprehendere cō-
plectiq; possis. Nam & intelligentiā
mirifice adiuuat, & memoriam uehe-
menter confirmat.

Non parua etiam utilitas est, habe-
re in conspectu scopum in quem cogi-
tationes referas tuas omnes: simul-
que uias seu semitas cernere, quæ te
ad metam certò atq; compendiò de-
ducant. Et uerò id euidentiā lucemq;
magnam adfert, argumento multipli-
ces continentia partes, eas sic ordine
digestas intueri, ut inter sese commo-
de componi possint. Ita enim non so-
lum facilius irrepit in animum, quod
alioqui ægrè admitteret: sed etiam in-
figitur altius, dum non tam cogitari
quàm uideri creditur: neq; fingi res,
sed prorsus ita habere, clarè cogno-
scitur.

Deinde in istis lineamētis animad-
uertere quoq; potest mirificus doctri-
næ Pro-

nae Pro-
sensus.
& ad ip-
scribitu-
nia pul-
equidē
bris cor-
mentat-
ta cogi-
tas qua-
tates, c-
sultas
ferat rel-
candur
Qui
attentē
penden-
nam ac-
tus cap-
ordine
dum a-
si siue
sunt, n-
in libr-

7
na Prophetica atq; Apostolica con-
sensus. nam totius unicus est scopus,
& ad ipsum pertingendi una uia de-
scribitur. Singularū partium harmo-
nia pulcherrima perspici etiā potest.
equidē corpus unum ex multis mem-
bris concinnē compactum & coag-
mentatum esse dicas. Quantum uerō
ea cogitatio p̄is mentibus inter ua-
rias quæ identidem ingerūtur anxie-
tates, consolationis, & aduersus in-
faustas istas rixas confirmationis ad-
ferat religiosis animis, illis ipsis iudi-
candum relinquo.

Qui etiam breuem hanc tabellam
attentē considerauerit, seduloq; ex-
penderit, totam doctrinam Christia-
nam adumbratam, atq; præcipua e-
ius capita notata esse comperiet, idq;
ordine, nisi uehementer fallor, admo-
dum appposito. Itaq; ad ista siue capi-
ta siue principia reduci cōmodē pos-
sunt, multiplices quæ sparsim extant
in libris Prophetis atq; Apostolicis

sententia. Sunt enim uelut digito indicati primarij fontes, à quibus ut reliqua fluunt, ita ad ea referre minime magni negotij fuerit. Quantus uerò sit usus cõmunium locorum (ut uocant) in quibusuis disciplinis, satis superque est expositum à plerisque doctis scriptoribus: & id quotidie experiuntur qui sedulò & studiose uersantur in libris tum sacris tum pfanis.

Valebit quoque ista imago si prudenter cõsideretur ad *ὁρθότομίαν*, quã suo Timotheo, & omnibus qui docendi munus in Ecclesia obeunt, merito plurimum commendat Paulus. Siquidem hic uidere licet quid cuiusque tribuat Spiritus sanctus in literis sacris. Quid singulis personis, nimirum Patri, Filio, ac Spiritui sancto sit proprium, facile intelliget qui animũ aduertere uoluerit. Simile sit iudicium de ministerio, singulisque eius partibus, & de autore qui ipso ad hominũ salutem efficiendã utitur, debent enim
ista

9
ista & prudēter & religiose distinguū.
nam pietas iubet, ut intra metas quas
nobis Spiritus sanctus p̄f̄iniuit nos
contineamus: & quoad eius fieri po-
test, lingua, ut sic dicam, ipsius uta-
mur. Id si hodie faceremus omnes, mi-
nus turbarum, plus quietis & pieta-
tis haberemus.

Istam commoditatem maximam
sequetur altera minimē asp̄ernanda:
nimirum de locis in speciem pugnan-
tibus conciliandis. Nam pleriq; dum
quæ hic notamus non obseruant, aut
etiā non uident, sæpe quæ sunt ea-
dem, diuersa esse iudicant: & contrā,
non rarò quæ pulcherrimē inter sese
consentiunt, secū pugnare arbitran̄.
Id ex breui, quam subijciā, singularū
partium explicatione, à ueritatis stu-
diosis & docilib. cognitū iri cōfido:

De uoce uivavivā.

CAP. II.

Qvandoquidem Paulus myste-
riū cœnæ Dominicæ mentionē 1. Cor. 10.
a s faciens,